UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Missale Romanum nuper impressum cu[m] o[mn]ibus alijs missis

**Venetijs, 27. Okt. 1501**

Feria. vj. in parasceue hora sexta: fres conuenientes ad ecclesiam dicunt nonam: [et] interim, sacerdos [et] ministri induti missalibus indumentis: co[m]pleta nona sine luminaribus [et] inceso ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-70304

Visual Library

fuerint in vnum congregati. ℟.
Deus ꝓpter nomen ſimul tres
vel duo. ℟. Et in medio eoꝝ ego
ero. Et repetit aña. Ubi chari
tas. ℟ Simul ergo cũ in vnũ cõ
gregamur. ℟. Ne nos mẽte di/
uidamur caueamus. ℟ Ceſſent
iurgia maligna: ceſſent lites. ℟.
Et in medio noſtri ſit xp̃s deus.
Et repetit añ. Ubi charitas. ℟.
Charitas eſt ſũmũ bonũ amplũ
donuꝫ. ℟ In qua pendet totus
ordo preceptoꝝ. ℟. Per quã ve
tus atqꝫ noua lex iplet. ℟. Que
ad celſa celi mittit ſe repletos.
Et repetit añ. Ubi charitas. ℟
Nam vt ⁊ charitas cõiungit ab/
ſentes. ℟ Sic diſcordia diſiun/
git ⁊ preſentes. ℟. Quia chari.
tas preceptis in duobus. ℟ Cõ/
ſtat quibus deus atqꝫ oĩs homo
Et repetit añ Ubi charitas. ℟
Et per coccum priſca lege figu/
ratur. ℟ Qui colore tingi rubro
bis iubetur. ℟. Uere memor dat
fraternus amor vitam. ℟ Et per
petuã malignis dabit penaꝫ. Et
repetit aña. Ubi charitas. ℟.
Unanimiter excelſum implore/
mus. ℟. Ut det pacem clemens
noſtris in diebus. ℟. Iungat fi/
dei ſpeiqꝫ opus bonũ. ℟. Et con
ſortium captemus supernorum.
Et repetit añ. Ubi charitas. ℟
Similes quoqꝫ cũ beatis videa
mus. ℟ Gloriãter vultũ tuũ xp̃e
deus. ℟. Gaudiũ qd̓ eſt immẽſũ
atqꝫ probum. ℟. Secula per in/
finita seculoꝝ. Amẽ. Feria. vj.
in paraſceue horã ſexta: fr̃es
conuenientes ad eccleſiam di
cunt nonam: ⁊ interim ſacer/
dos ⁊ miniſtri induti miſſali/
bus indumentis: cõpleta no/
na ſine luminaribus ⁊ incẽſo
procedunt: ⁊ ante altare pro/
ſtrati aliqꝫdiu orent. Accoliti
vero interim vnã tm̃ tobaleã
extendũt ſuper altare: ⁊ ſacer
dos finita oꝛone ſua deoſcula
tur altare: ⁊ in loco ſuo cũ mi
niſtris ſedet: vnus ꝟo ſubdia/
conus procedit ad legẽdũ ⁊ ſi
ne titulo icipit ꝓpheciã. Pro
phetia ꝓma oſee. vj. capitulo

Hec dicit dñs: In tribu
latione ſua mane ꝯſur
gent ad me. Uenite reuerta/
mur ad dñꝫ: qꝛ ipſe cepit ⁊ ſa
nabit nos: percutiet ⁊ curabit
nos. Uiuificabit nos poſt du/
os dies: ⁊ in die tertio ſuſcita
bit nos: ⁊ viuemus in conſpe
ctu eius: ſciemus ſequemurqꝫ
vt cognoſcamus dñm. Quaſi
diluculũ preparatꝰ eſt egreſ/
ſus eius: ⁊ veniet quaſi hym/
ber nobis tẽporaneus: ⁊ ſero/
tinus terre. Quid faciam tibi
ephrai? Quid faciã tibi iuda?
Miſericordia vr̃a quaſi nu/
bes matutina: ⁊ q̃ſi ros mane

pertranſiẽs. Propter hoc do
laui in ꝓphetis: ⁊ occidi eos
in verbis oris mei: et iudicia
tua quaſi lux egrediet̃. Quia
miſericordiã volui ⁊ nõ ſacri
ficiũ: ⁊ ſcientiã dei plus q̃ȝ ho
locauſtum. Tractus. Dñe au/
diui auditũ tuuȝ: ⁊ timui: conſi/
deraui opera tua: et expaui. ℣.
In medio duoꝝ animaliũ inno/
teſceris: dũ appropinquauerint
anni cognoſceris: dum aduene/
rit tempus oſtenderis. ℣. In eo
dũ cõturbata fuerit anima mea
in ira miſericordie memor eris.
℣. Deus a libano veniet: ⁊ ſctũs
de monte vmbroſo ⁊ condenſo.
℣. Operuit celos maieſtas eius
⁊ laudis eius plena eſt terra. Fi
nito tractu dic̃ ſacerdos. Ore
mus. Et diaconus dicit. Fle/
ctamus genua. Leuate. Oro.
DEus a quo ⁊ iudas ꝓdi
tor reatus ſui penam: ⁊
confeſſionis ſue latro premiũ
ſumpſit: concede nobis tue ꝓ
pitiationis effectũ: vt ſicut in
paſſiõe ſua ieſus xp̃s dñs no/
ſter diuerſa vtriſq; intulit ſti/
pendia meritoꝝ: ita nobis ab
lato vetuſtatis errore: reſurre
ctionis ſue gratiaȝ largiatur.
Qui tecum. Prophetia ſcd̃a
⁊ legit̃ ſine titulo. exodi. xij. c.
IN diebꝰ illis: Dixit dñs
ad moyſen ⁊ aaron iter
ra egypti. Menſis iſte vobis
principiũ menſiũ. Primꝰ erit
in menſibꝰ anni. Loquimini ad
vniuerſũ cetũ filiorũ iſrael: et
dicite eis. Decima die mẽſis
huius tollat vnuſquiſq; agnuȝ
per familias et domos ſuas.
Sin autẽ minor eſt numerus
vt ſufficere poſſit ad veſcẽdũ
agnũ: aſſumat vicinũ ſuũ qui
cõiunctus eſt domui eius iu/
xta numeꝝ animaꝝ: que ſuffi
cere poſſint ad eſũ agni. Erit
autẽ agnus abſq; macula ma
ſculus anniculus. Iuxta quẽ
ritũ tolletis ⁊ hedũ: ⁊ ſeruabi
tis eũ vſq; ad quartãdecimã
dieȝ menſis huius. Immola/
bitq; eũ vniuerſa multitudo
filioꝝ iſrael ad veſperã: et ſu
ment de ſanguine eius: ac po
nent ſuper vtrũq; poſtẽ: ⁊ in
ſuperliminaribus domoꝝ in
q̄bus comedent illũ. Et edẽt
carnes nocte illa aſſas igni: ⁊
azimos panes cuȝ lactucis a/
greſtibus. Nõ comedetis ex
eo crudũ q̄d: nec coctũ aqua:
ſed aſſum tñ igni. Caput cuȝ
pedibus eius: ⁊ inteſtinis vo/
rabitis: ⁊ os eius non cõfrin/
getis: nec remanebit ex eo q̄c
q̃ȝ vſq; mane. Si q̄d reſiduũ
fuerit: igni cõburetis. Sic autẽ
comedetis illuȝ. Renes vr̃os
accingetis: ⁊ calciamẽta habe

bitis in pedib⁹ tenẽtes bacu/
los in manib⁹: ⁊ comedetis fe
ſtinãter. Eſt eniꝫ phaſe: id eſt
tranſitus dñi. Tractus. Eripe
me dñe ab hoie malo: a viro ini/
quo libera me. ℟. Qui cogitaue
runt malicias in corde: tota die
ↄſtituebãt ꝑlia. ℟. Acuerũt lin/
guas ſuas ſicut ſerpẽtes: venenũ
aſpidũ ſub labijs eoꝝ. ℟. Cuſto
di me dñe de manu pctõris: ⁊ ab
hoib⁹ iniqs libera me. ℟. Qui
cogitauerũt ſupplãtare greſſus
meos: abſcõderũt ſupbi laqueũ
mihi. ℟. Et funes extenderũt in
laqueũ pedib⁹ meis: ⁊ iuxta iter
ſcãdalũ poſuerũt mihi. ℟. Dixi
dño: de⁹ meus es tu: exaudi dñe
vocem oꝛonis mee. ℟. Dñe dñe
virt⁹ ſalutis mee: obũbꝛa caput
meũ i die belli. ℟. Ne tradas me
a deſiderio meo pctõri cogitaue
rũt aduerſũ me: ne derelinquas
me nequãꝗ exaltẽt. ℟. Caput cir
cuit⁹ eoꝝ labor labioꝝ ipſorum
opiet eos. ℟. Verũtñ iuſti ↄfite/
bũt noi tuo: ⁊ habitabũt recti cũ
vultu tuo. Finito tractu paſſio
ſup nudũ pulpitum dicitur.
Paſſio dñi nr̃i ieſu xp̃i ſm io
annẽ. xviij. c.

IN illo tpe: Egreſſus eſt ieſus cũ di/
ſcipul' ſuis trãs torrẽtẽ cedrõ
vbi erat hoꝛt⁹: i quẽ introiuit
ipe ⁊ diſcipuli ei⁹. Sciebat ãt
⁊ iudas q tradebat eũ locũ qꝛ
freqnter ieſus ↄuenerat illuc
cũ diſcipul' ſuis. Judas ergo
cũ accepiſſet cohoꝛtẽ: ⁊ a põti
ficib⁹ ⁊ phariſeis miſtros: ve
nit illuc cũ laternis ⁊ facib⁹ ⁊
armis. Jeſus itaqꝫ ſciẽs oia q̃
vẽtura erãt ſup eũ ꝑceſſit: ⁊ di
xit eis. ✠ Queꝫ queritis. C.
Rñdert ei. S. Jeſũ nazarenũ
C. Dicit ei ieſus. ✠ Ego ſum
C. Stabat autẽ ⁊ iudas: q tra
debat eũ cũ ipſis. Ut ergo di/
xit ei: ego ſũ: abierũt retroꝛſũ
⁊ ceciderũt i terrã. Iteꝝ ergo
eos interrogauit. ✠ Quẽ q̃ri
tis? C. Illi autẽ dixerũt. S. Je
ſũ nazarenũ. C. Rñdit ieſus
✠ Dixi vobis qꝛ ego ſuꝫ. Si
ergo me q̃ritis: ſinite hos abi
re. C. Ut impleret' ſermo quẽ
dixi: qꝛ quos dediſti mihi nõ
ꝑdidi ex eis quẽqꝫ. Simõ er/
go petrus hñs gladiũ eduxit
eũ: ⁊ ꝑcuſſit ſeruũ põtificis: et
abſcidit auriculã ei⁹ dexterã.
Erat autem nomẽ ſeruo mal
ch⁹. Dixit ergo ieſus petro ✠
Mitte gladiũ tuũ in vaginã.
Calicẽ quẽ dedit mihi pr̃ nõ
vis vt bibã illũ? C. Cohoꝛs er
go ⁊ tribun⁹ ⁊ miniſtri iudeo
rũ cõphẽderũt ieſuꝫ: ⁊ ligaue
rũt eũ: ⁊ adduxerũt eũ ad an/
nam pꝛimũ. Erat aũt anna ſo
cer cayphe: q erat põtifex ãni
illi⁹. Erat ãt cayphas q ↄſiliũ

dederat iudeis: quia expedit
vnũ hoiez mori ꝓ pplo. Seq̃
baf aũt ieſũ ſimon petrꝰ ⁊ aliꝰ
diſcipulꝰ. Diſcipulus aũt ille
erat notꝰ põtifici: ⁊ itroiuit cũ
ieſu in atriũ põtificis. Petrꝰ
aũt ſtabat ad oſtiũ foris. Exi-
uit ergo diſcipulꝰ aliꝰ: q erat
notꝰ põtifici: ⁊ dixit oſtiarie: ⁊
introduxit petrũ. Dixit ergo
petro ancilla oſtiaria. S Nũ
qd ⁊ tu ex diſcipulis es hois
iſtiꝰ? C Dixit ille. S Nõ ſũ.
C Stabãt ãt ſerui ⁊ miniſtri
ad prunas: qꝛ frigꝰ erat: ⁊ ca-
lefaciebãt ſe. Erat aũt cũ eis ⁊
petrus: ſtans ⁊ calefaciens ſe.
Põtifex ergo interrogauit ie-
ſuz de diſcipulis ſuis: ⁊ de do
ctrina eiꝰ. Rñdit ei ieſus. ✠
Ego palã locutꝰ ſum mũdo.
Ego ſemꝑ docui i ſynagoga:
et in tẽplo: quo oẽs iudei ꝯue
niũt: et in occulto locutꝰ ſum
nihil. Quid me interrogas?
Interroga eos q me audiert
qd locutꝰ ſũ eis. Ecce hi ſciũt
q̃ dixerim ego. C Hec ãt cũ
dixiſſet: vnꝰ aſſiſtẽs miniſtro
rũ: dedit alapã ieſu dicẽs. ✠
Sic rñdes pontifici? C Rñ
dit ei ieſus. ✠ Si male locu-
tus ſũ: teſtioniũ ꝑhibe de ma
lo: Si aũt bñ: qd me cedis?
C Et miſit eũ annas ligatũ
ad cayphã põtificẽ. Erat aũt

ſimõ petrus ſtãs ⁊ calefaciẽs
ſe. Dixerũt ergo ei. S Nũqd
⁊ tu ex diſcipulis eius es? C
Negauit ille ⁊ dixit. S Nõ
ſũ. C Dixit vnꝰ ex ſeruis põ
tificis cognatꝰ eiꝰ: cuius abſcĩ
dit petrꝰ auriculã. S Nõne
ego te vidi i horto cũ illo? C
Iterũ ergo negauit petrus: ⁊
ſtatiz gallꝰ cãtauit. Adducũt
ergo ieſũ a caypha in ꝑtoꝛiũ.
Erat aũt mane. Et ipi nõ in-
troierũt i ꝑtoꝛiũ: vt nõ ꝯtami
narent: ſꝫ vt mãducarent pa
ſcha. Exiuit ergo pilatus ad
eos foras: ⁊ dixit. S Quã ac-
cuſationez affertis aduerſus
hoiez hũc? C Rñderũt ⁊ di
xerũt ei. S Si nõ eẽt hic ma-
lefactoꝛ: nõ tibi tradidiſſemꝰ
eũ. C Dixit ergo eis pilatus
S Accipite eũ vos: ⁊ ſm le-
gẽ viaz iudicate eũ. C Dixe
rũt ergo ei iudei. S Nob nõ
licz iterficẽ quẽq̃. C Vt ſmo
ieſu ipleret quẽ dixit: ſignifi-
cãs q̃ morte eſſet moriturus.
Introiuit ergo iterũ pilatꝰ in
ꝑtoꝛiũ: ⁊ vocauit ieſu: ⁊ dixit
ei. S Tu es rex iudeoꝛũ? C
Et rñdit ieſus. ✠ A temetip
ſo hoc dicis: an alij tibi dixe-
runt de me? C Reſpõdit pi-
latus. S Nũquid ego iudeus
ſuz? Gens tua ⁊ põtifices tui
tradiderũt te mihi. Quid fe-

ciſti? C. Rñdit ieſus. ✠ Re
gnū meū nō eſt de hoc mūdo
Si ex hoc mūdo eſſet regnū
meū: miniſtri mei vtiqꝫ decer
tarent: vt nō traderer iudeis.
Nūc aūt regnū meū non eſt
hinc. C. Dixit itaqꝫ ei pilat⁹
S. Ergo rex es tu? C. Rñdit
ieſus. ✠ Tu dicis qꝛ rex ego
ſum. Ego in hoc natus ſuz: et
ad hoc veni in mūdū: vt teſti
moniū ꝑhibeaz veritati. Oīs
enī q eſt ex ṽitate: audit meā
vocez. C. Dicit ei pilatus. S.
Quid ē veritas? C. Et cū hoc
dixiſſet: iterꝫ exiuit ād iudeos
ꝛ dixit eis. S. Ego nullā inue
nio in eo cauſā. Eſt autē ꝯſue
tudo vobis: vt vnū dimittaz
vobis in paſcha. Vultis ergo
dimittā vobis regē iudeoꝝ.
C. Clamauerūt oēs rurſū di
cētes. S. Nō hūc: ſꝫ barrabā
C. Erat autē barrabas latro.
Tūc ergo apprehēdit pilatus
ieſuz: ꝛ flagellauit. Et milites
plectētes coronā de ſpinis im
poſuerūt capiti eius: et veſte
purpurea circūdederūt eū. et
veniebāt ad eū: ꝛ dicebant. S.
Aue rex iudeoꝝ C. Et dabāt
ei alapas. Exiuit iterꝫ foras pi
lat⁹: ꝛ dixit eis. S. Ecce addu
co eū vobis foras: vt cogno-
ſcatis qꝛ in eo nullā cauſaz in
uenio. C. Exiuit ergo ieſus
portās ſpineā coronā ꝛ pur-
pureū veſtimentū: ꝛ dicͭ eis pi
lat⁹ S. Ecce hō. C. Cū ergo vi
diſſent eū pōtifices ꝛ miniſtri
clamabāt dicētes. S. Crucifi
ge crucifige eū. C. Dicit eis
pilatus. S. Accipite eū vos: ꝛ
crucifigite. Ego enī nō inue
nio in eo cauſā. C. Rñderūt
ei iudei. S. Nos legē habem⁹
ꝛ ſm̄ legē debet mori: qꝛ filiū
dei ſe fecit. C. Cū ergo audiſ
ſet pilatus hūc ſermonē: ma-
gis timuit. Et igreſſus ꝑeto
riū iterū: ꝛ dicit ad ieſū. S. Un
de es tu? C. Jeſus āt reſpōſū
nō dedit ei. Dicit ergo ei pila
tus. S. Mihi non loqueris:
Neſcis qꝛ ꝑtātez habeo cruci
figere te: ꝛ ꝑtātez habeo dimit
tere te? C. Rñdit ieſus ✠ Nō
haberes ꝑtātē aduerſū me vl
lā: niſi tibi datū eēt d̄ſup: ꝓpt-
ea q tradidit me tibi: maius
pctm̄ habꝫ. C. Et exinde q̄re-
bat pilatus dimittere eū. Ju-
dei aūt clamabāt dicētes. S.
Si hūc dimittis: nō es amic⁹
ceſaris. Oīs autē q ſe regē fa
cit ꝯtradicit ceſari C. Pilat⁹
ergo cū audiſſet hos ſermōes
adduxit foras ieſū: ꝛ ſedit pro
tribunali in loco q dicit licho
ſtratos: hebraice aūt gabbata
Erat āt paraſceue paſche ho
ra quaſi ſexta. Et dicit iudeis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S Ecce rex veſter. C Illi ãt
clamabãt. S Tolle tolle: cru
cifige eũ. C Dicit illis pilatꝰ
S Regẽ veſtrũ crucifigã? C
Rñderũt põtifices. S Nõ ha
bemus regẽ: niſi ceſarem. C
Tũc ergo tradidit eis illũ: vt
crucifigeret̃. Suſceperũt aũt
ieſũ: ⁊ eduxerũt. Et baiulans
ſibi crucẽ exiuit in eũ: q dicit̃
caluarie locũ: hebraice autez
golgotha: vbi eũ crucifixerũt
⁊ cũ eo alios duos hinc ⁊ hic:
mediũ autẽ ieſũ. Scripſit aũt
⁊ titulũ pilatus: ⁊ poſuit ſup
crucẽ. Erat aũt ſcriptũ. Jeſus
nazarenus rex iudeoꝝ. Hũc
ergo titulũ multi legerunt iu
deoꝝ: qꝛ ꝓpe ciuitatẽ erat lo/
cus: vbi crucifixus eſt ieſus.
Erat ãt ſcriptũ hebraice gre/
ce ⁊ latine. Dicebãt ergo pila
to põtifices iudeorũ. S Noli
ſcribere rex iudeoꝝ: ſꝫ qꝛ ipſe
dixit: rex ſum iudeoꝝ. C Rñ
dit pilatꝰ S Q̃d ſcripſi ſcripſi
C Milites ergo cum cruci/
fixiſſẽt eũ: acceperũt veſtimẽ/
ta eiꝰ: ⁊ fecerũt quattuoꝛ par/
tes vnicuiqꝫ militi partẽ: ⁊ tu
nicã. Erat autẽ tunica incõſu
tilis deſup ꝯtexta ꝑ totuz. Di/
xerũt ergo ad inuicẽ. S Non
ſcindamꝰ eã: ſed ſortiamur de
illa cuius ſit. C Ut ſcriptura
impleret̃ dicẽs. Partiti ſũt ve
ſtimẽta mea ſibi: ⁊ ſup veſtem
meã miſerũt ſoꝛtẽ. Et milites
qdẽ hoc fecerũt. Stabat autẽ
iuxta crucẽ ieſu mater eiꝰ ⁊ ſo
roꝛ matris eiꝰ maria cleophe
⁊ maria magdalene. Cum vi
diſſet ergo ieſus matrẽ: et di/
ſcipulũ ſtãtẽ: quẽ diligebat di
cit matri ſue. ✠ Mulier: ecce
filius tuus. C Deide dicit di
ſcipl̃o. ✠ Ecce mater tua. C
Et ex illa hoꝛa accepit eaz di/
ſcipulus in ſuã. Poſtea ſciẽs
ieſus: qꝛ iaz oĩa cõſũmata ſũt:
vt cõſũmaret̃ ſcriptura dicit.
✠ Sitio. C Uas ergo poſitũ
erat aceto plenũ. Illi aũt ſpõ
giã plenã aceto hiſopo circũ/
ponẽtes obtulerũt oꝛi eiꝰ. Cũ
ergo accepiſſet ieſus acetũ di
xit. ✠ Cõſũmatũ eſt. C Et in
clinato capite tradidit ſpũm.
Iudei ergo quoniã paraſce
ue erat: vt nõ remanerẽt i cru
ce coꝛpoꝛa ſabbato: erat enim
magnus dies ille ſabbati: ro/
gauerũt pilatũ: vt frãgerẽtur
eoꝝ crura: ⁊ tollerent̃. Uenerũt
ergo milites: ⁊ pꝛimi qdẽ fre/
gerũt crura: ⁊ alteriꝰ q crucifi
xus eſt cũ eo. Ad ieſuz aũt cũ
veniſſẽt: vt viderũt eũ iã moꝛ
tuũ nõ fregerũt eiꝰ crura: ſed
vnus milituz lancea latus eiꝰ
aperuit: ⁊ continuo exiuit ſan
guis ⁊ aqua. Et qui vidit teſti

moniū perhibuit: ⁊ veruꝫ eſt teſtimonium eius. Et ille ſcit q꞉ vera dicit: vt et vos credatis. Facta ſunt eni hec: vt ſcriptura impleret: Os nō cōminuetis ex eo. Et iteꝝ alia ſcriptura dicit: Uidebūt in queꝫ trāſfixerūt. Hic legit in tono euāgeliȷ̄.

POſt hec autē rogauit pilatuꝫ ioſeph ab arimathia: eo ꝙ eſſet diſcipulus ieſu: occultꝰ aūt ꝓpter metū iudeoꝝ: vt tolleret corpus ieſu. Et pmiſit pilatꝰ. Uenit ergo ⁊ tulit corpꝰ ieſu. Uenit aūt ⁊ nichodemꝰ: qui venerat ad ieſuꝫ nocte primū: ferens mixturā myrrhe ⁊ aloes quaſi libras centum. Acceperunt ergo corpus ieſu: ⁊ ligauerunt eū lintheis cū aromatibꝰ: ſicut mos eſt iudeis ſepelire. Erat aūt in loco vbi crucifixꝰ ē hortus: ⁊ in horto monumētū nouū: in quo nondū qſq̄ꝫ poſitꝰ fuerat. Ibi ergo ꝓpter paraſceuē iudeoꝝ: q꞉ iuxta erat monumētū: poſuerūt ieſuꝫ. Deinde ſacerdos dicit ſubſcriptas ſolēnes oratiōes: incipiens abſolute. Oratio.



ORemus dilectiſſimi no



bis pro eccleſia ſancta dei: vt



eam deus et dominus noſter



pacificare adunare et cuſto



dire dignet toto orbe terrarū



ſubiȷ̄ciēs ei principatus et po



teſtates: detq̄ꝫ nobis quietam



et trāquillā vitam de gentibꝰ

gloꝛificare deū patrē om̄ipo/
tentē. Oꝛemus Diaconus
Flectamus genua. Leuate.
OMnipotēs ſē Oꝛatio.
piterne deus qui gloꝛiā tuā
omnibus in chꝛiſto gētibus
reuelaſti: cuſtodi opera miſe
ricoꝛdie tue: vt eccleſia tua
toto oꝛbe diffuſa ſtabili fide
in confeſſione tui nomis per
ſeueret. Per eun. ℟. Amen.
ORemꝰ ꝓ beatiſſi/ Oꝛo.
mo papa nr̄o. N. vt deꝰ
ꝛ dn̄s nr̄ ꝫelegit eū in oꝛdine
ep̄atus ſaluū atq̃ incolumen
cuſtodiat: eccl'ie ſue ſcē ad re
gēdū ppl'm ſctm̄ dei. Oꝛemꝰ
Flectamꝰ ge. Leuate. Oꝛatio
OMp̄s ſempiterne deus
cuiꝰ iudicio vniuerſa fū
danť: reſpice ꝓpitiꝰ ad pꝛeces
nr̄as: ꝛ electū nobis antiſtitē
tua pietate ꝯſerua: vt xp̄iana
plebs: q̄ tali gubernať aucto/
re ſub tāto potifice credulita/
tis ſue meritis augeať. Per
do. nr̄m̄ ieſum xp̄m. ℟. Amē

O Remꝰ ⁊ ꝓ oibꝰ Oratio
epis ⁊ p̄ſbyteris diaco-
nibus ⁊ ſubdiaconibꝰ accoli-
tis ⁊ exorciſtis lectoribus ho-
ſtiariꝭs ꝯfeſſoribꝰ virginibꝰ vi
duis: ⁊ ꝓ omni pp̄lo ſācto dei
Oremꝰ. Flectamꝰ ge. Leuate
O Mnipotēs ſempi Oio
terne deꝰ: cuiꝰ ſpū totuz
corpꝰ eccleſie ſāctificat̄ ⁊ regi
tur: exaudi nos pro vniuerſis
ordinibus ſupplicātes: vt grē
tue munere ab oibus tibi gra
dibus fideliter ſeruiat̄. p. ℟.
O Remꝰ ⁊ Oratio Amē.
ꝓ chriſtianiſſimo impe
ratore nr̄o. N. vt deꝰ ⁊ dn̄s nr̄
ſubditas illi faciat oēs barba
ras natiōes: ad noſtrā ꝑpetuā
pacem. Oremꝰ. Flectamus
O genua. Leuate. Oratio.
Mnipotēs ſempiterne
deꝰ: in cuiꝰ manu ſūt omniuz
ptātes: ⁊ omniū iura regnoꝝ:
reſpice ad romanū benignus
imperiū: vt gentes que in ſua
feritate ꝯfidūt: potētie tue de-
xtera cōprimant̄. p. ℟ Amē.
O Remꝰ ⁊ ꝓ cathe- Oio.
cuminis nr̄is: vt deus ⁊
dn̄s nr̄ adaperiat aures p̄cor
dioꝝ ipſoꝝ: ianuāq̄ miſericor
die ſue vt ꝑ lauacrū regenera
tionis: accepta remiſſiōe oim
pctōꝝ: ⁊ ipſi inueniant̄ in xp̄o
ieſu dn̄o nr̄o. Oremꝰ. Flecta
mus genua Leuate. Oratio.
O Mnipotēs ſempiterne
deꝰ: q eccl'iam tuā nouā
ſemꝑ prole fecundas: auge fi-
dē ⁊ intellectū cathecuminis
nr̄is: vt renati fonte baptiſma
tis: adoptōis tue filiꝭs aggre-
gent̄. p. ℟. Amē. Oio.
O Remus dilectiſſimi no
bis deū patrē oipotētē: vt cū-
ctis mundū purget erroribus
morbos auferat: famē depel-
lat: aperiat carceres: vincula
diſſoluat: peregrinātibꝰ redi-
tum: infirmitatibꝰ ſanitatē: na
uigātibꝰ portū ſalutis indul-
geat. Oremꝰ. Flectamus ge.
O Mnipo- Oio. Leuate.
tēs ſempiterne deꝰ: me-
ſtoꝝ ꝯſolatio: laborātiū forti-
tudo: perueniāt ad te p̄ces de
quacūq̄ tribulatōe clamātiū
vt oēs ſibi in neceſſitatibꝰ ſuis
miſericordiā tuam gaudeant
affuiſſe. p. ℟ Amen. Oratio.
O Remus pro hereticis et
ſciſmaticis: vt deꝰ ⁊ dn̄s
nr̄ eruat eos ab erroribꝰ vni-
uerſis: ⁊ ad ſcām matrē eccle
ſiaz catholicā atq̄ apoſtolicā
reuocare dignetur. Oremus
Flectamus ge. Leuate. Oio.
O Mnipotēs ſempiterne
deus: q ſaluas oēs: ⁊ ne-
minē vis ꝑire: reſpice ad aias
diabolica fraude deceptas: vt

omni heretica prauitate de-
poſita: errātium corda reſipi-
ſcāt: ⁊ ad veritatis tue redeāt
vnitatē. p. ℞ Amen. Orō.
O Remus ⁊ ꝓ perfidis iu-
deis: vt de⁹ ⁊ dñs nr̄ au-
ferat velamē de cordib⁹ eorū
vt ⁊ ipi agnoſcāt ieſū xp̄ꝫ dñꝫ
noſtrū. Et nō rn̄detur. Amē.
nec dicit Flectamus ge. Orō
O Mnipotēs ſempiterne
de⁹: q etiā iudaicā perfi-
diā a tua miſericordia non re-
pellis: exaudi p̄ces nr̄as q̄s ꝓ
illi⁹ ppl̄i obcecatōe deferim⁹
vt agnita veritatis tue luce: q̄
xp̄s eſt: a ſuis tenebris eruan-
tur. Per eūd. ℞ Amē. Orō.
O Rem⁹ ⁊ ꝓ paganis: vt
deus ops̄ auferat iniq-
tatē a cordib⁹ eorū: vt relictis
idolis ſuis ꝯuertant ad deuꝫ
viuū ⁊ verꝫ: ⁊ vnicū filiū eius
ieſū xp̄m deū ⁊ dn̄m nr̄m: cuꝫ
quo viuit ⁊ regnat cū ſpū ſctō
deus. Per oia ſecula ſeculoꝝ
Et nō rn̄det Amē. Oremus.
Flectamus ge. Leuate. Orō.
O Mnipotēs ſempiterne
de⁹: q nō mortē pcōꝝ: ſꝫ
vitā ſemꝑ ingris. ſuſcipe ꝓpi-
tius orōnē nr̄am: ⁊ libera eos
ab idoloꝝ cultura: ⁊ aggrega
eccleſie tue ſancte ad laudē ⁊
gloriaꝫ nois tui. p. ℞ Amen.
Cōpletis orōibus ſacerdos
depoſita tm̄ caſula ꝓcedit ad
poſterius cornu altaris dextē-
rū: ⁊ ibi accipit cruceꝫ a mini-
ſtris ſibi preparatā: quā verſa
facie ad chorū a ſūmitate pa-
rū diſcooperit: incipiēs ſolus
añam. Ecce lignū crucis. Ab il-
lo loco in antea iuuat in cātu
a miniſtris: vſqꝫ Uenite ado-
remus. Choro vero cantante.
Uenite adoremus. Oēs ſe pro-
ſternūt. Poſtea ꝓcedit ſacer-
dos ad reliquū dextrū cornu
altaris: ⁊ diſcooperiens am-
plius crucē eleuans eaꝫ pau-
liſper altius q̄ꝫ primo incipit.



Ecce lignum crucis: in



quo ſalus mundi pepen



dit. Ue ni te ado

Alijs cantantibus ⁊ adorāti-
bus vt ſupra Deīde ſacerdos
ꝓcedit ad mediū altaris: ⁊ di-
ſcooperiēs crucē totaliter: ac

eleuādo eā tertio altius īcipit
Ecce lignū crucis. Aliȷ̄s cantan
tibus ꝛ adorātibꝰ vtſ̄. poſtea
ſacerdos deponit crucē ī loco
ad hoc preparato ante altare
Deinde deponit calciamēta:
ꝛ accedit ad adorandū ter ge
nua flectēs añ deoſculatiōem
crucis: hoc facto reuertit ad
ſedē ſuā: ꝛibi recipit depoſita
calciamēta ꝛ caſulā. Poſtmo
dū miſtri altaris: deinde aliȷ̄
ter genibꝰ flexis: vt dictū eſt
crucē adorāt. Et interim can
tant īproperia ꝛ alia q̄ ſequū
tur totaliter vel in parte: put
mltitudo adorātiū: vel pauci
tas reqrit hoc mō. Duo frēs
ex parte hebdomadariȷ̄ cātāt
in medio chori. ℣ Pple meꝰ.
vſq₃ Agyos. ℣. Pple meus qd
feci tibi: aut in quo cōtriſtaui te
rn̄de mihi. ℣. Quia eduxi te de
terra egypti: paraſti crucē ſalua/
tori tuo. Chorꝰ ex pte hebdo/
madariȷ̄ cantat Agyos otheos
Aliꝰ chorꝰ rn̄det Sanctꝰ deus
Itē primꝰ chorꝰ. Agyos iſchi/
ros. Scd̄s chorus Scūs fortis
Itē primꝰ chorꝰ. Agyos atha/
natos eleyſon ymas. Secūdus
chorꝰ. Scūs ꝛ imortalis miſere
re nobis. Poſtea duo frēs de
ſcd̄o choro cātāt ℣. Quia edu/
xi te p deſertū quadraginta ānis
ꝛ māna cibaui te: ꝛ introduxi te
in terrā ſatis optimā. Et chori
rn̄dēt alternati͡z. Agyos othe/
os ꝛc̄. Sanctꝰ ꝛ immortalis ꝛc̄.
Ita tn̄ qȝ primus chorus ſem
p reicipit. Agyos. Deide duo
frēs de primo choro cātāt ℣.
Quid vltra debui facere tibi: et
nō feci? Ego quidē plātaui te vi/
neā meā ſpecioſiſſimā: ꝛ tu facta
es mihi nimis amara: aceto nāq₃
ſitim meā potaſti: ꝛ lācea pfora/
ſti latus ſaluatori tuo. Itē cho/
ri alternatim rn̄dēt. Agyos o/
theos. vt dictū eſt. ℣. ſequētis
īproperiȷ̄ a binis alternati cā
tant vtroq₃ choro ſimlr repetē
te poſt quēlibet v̄ſū. Popule
meꝰ. vſq₃ Quia eduxi te d̄ terra
egypti. Incipiūt improperia.
Duo de ſcd̄o choro cātant. ℣.
Ego ꝑpter te flagellaui egyptū
cū p̄mogenitis ſuis: ꝛ tu me fla/
gellatū tradidiſti. Chorꝰ repe/
tit Popule meus. Duo de pri/
mo choro. ℣. Ego eduxi te de
egypto: demerſo pharaone in
mare rubrū: ꝛ tu me tradidiſti
principibꝰ ſacerdotū. Chorus.
Popule meus. Duo de ſecun/
do choro ℣ Ego ante te aperui
mare: ꝛ tu aperuiſti lancea latus
meum. Chorus. Popule meꝰ.
Duo de primo choro. ℣. Ego
ante te preiui in colūna nubis: ꝛ
tu me duxiſti ad pretoriū pilati.
Chorus. Popule meus. Duo

de ſecūdo choro. ℣. Ego te pa-
ui māna per deſertū: ⁊ tu me ce-
diſti alapis ⁊ flagellis. Chorus
Popule meus. Duo de p̄mo
choro. ℣. Ego te potaui aqua
ſalutis de petra: ⁊ tu me potaſti
felle ⁊ aceto. Chorus. Popule
meus. Duo de ſcdo choro ℣.
Ego ꝓpter te chananeorū reges
percuſſi: ⁊ tu ꝑcuſſiſti harūdine
caput meū. Chorus. Popule
meus. Duo de p̄mo choro. ℣.
Ego dedi tibi ſceptrum regale: ⁊
tu dediſti capiti meo ſpineā coro
nam. Chorus. Popule meus
Duo de ſcdo choro ℣. Ego te
exaltaui magna virtute: ⁊ tu me
ſuſpendiſti in patibulo crucis.
Chorus. Popule me⁹. Hec añ
Crucē tuā. cum pſalmo Deus
miſereať nři. cantať cōiter: ⁊
repetiť imediate añ. Poſt ℣
añā. Crucē tuā adoram⁹ dñe: et
ſanctam reſurrectionē tuam lau
damus ⁊ glorificamus: ecce enī
propter lignum venit gaudium
in vniuerſo mundo. ps Deus mi-
ſereatur noſtri ⁊ bñdicat nobis:
illuminet vultū ſuū ſuper nos ⁊
miſereať noſtri. Deide hym⁹
Crux fidelis inter omnes. cum
verſibus hymnoꝝ ſequentiū
Pange lingua. Luſtris ſex q iā.
Et cū repetitionibus ſm q̄
inferius determinatū eſt cōi-
ter cantatur; vel ſicut cantor

diſpoſuerit. Hym. Crux fide-
lis inter oēs arbor vna nobilis:
nulla ſylua talē ꝓfert fronde flo
re germine: dulce lignū dulces
clauos: dulce pondus ſuſtinet.
Hym⁹. Pange lingua glorioſi
preliū certaminis: ⁊ ſuper cruc̄
tropheū dic triumphū nobile:
qualiter redēptor orbis imolat⁹
vicerit. Repetiť. Crux fidelis.
vſq; Dulce lignū. et ſic fit quo
tiēs repetitur. Crux fidelis. ℣
De parentis ꝓthoplaſti fraude
facta condolēs: quādo pomi no
xialis morte morſu corruit: ipſe
lignum tunc notauit damna li-
gni vt ſolueret. Repetiť Dul-
ce lignum ℣ Hoc opus noſtre
ſalutis ordo depopoſcerat mul-
tiformis ꝓditoris: ars vt artem
falleret: ⁊ medelā ferret inde: ho
ſtis vnde leſerat Repetiť Crux
fidelis. ℣ Quādo venit ergo ſa-
cri plenitudo tēporis miſſus eſt
ab arce patris natus orbis condi
tor atq; ventre virginali caro fa-
ctus prodiit. Repetiť Dulce li-
gnū. ℣ Uagit infans inter arta
cōditus preſepia mēbra pānis in
uoluta virgo mř alligat: ⁊ man⁹
pedeſq; crura ſtricta cingit fa-
ſcia. Repetiť Crux fi. Hym.
Luſtris ſex qui iam peractis tē-
pus implēs corpis ſe volēte nat⁹
ad hoc paſſioni deditus agn⁹ in
cruce leuatur imolādus ſtipite.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Repetit. Dulce lignuz. ℟. Hic
acetū fel harūdo ſputa claui lan
cea: mite corp⁹ pforat: ſanguis
vnda pfluit: terra pontus aſtra
mundus quo lauantur flumine.
Repetit Crux fidelis. ℟ Flecte
ramos arbor alta: tēſa laxa viſce
ra: ⁊ rigor lenteſcat ille: quē de/
dit natiuitas: vt ſupni mēbra re/
gis miti tēdas ſtipite. Repetit
Dulce lignū. ℟. Queſum⁹ ſalua
dānatos agmina lugentiū: te p/
phete cecinerūt redēptorē oīum
tropheūqꝫ mortis guſtans dans
vexillū oīb⁹. Repetitur Crux
fidelis. ℟. Quē totus mūdus nō
capit: vno ſaxo claudit atqꝫ mor
te iam perempti inferni clauſtra
ambigit: ſic deus trinus ⁊ vnus
die ſurgit tertia Repetit. Crux
fidelis. ℟. Gloriā deo canamus
hymnicis ꝯcentib⁹: quem ſimul
magna nobiſcū tota mundi ma/
china voce conſona celebrat: in
ſempiterna ſecula. Dū ſupradi
cta cātant. palla ſup tobaleas
extendit: ⁊ corpale a diacono
ſup pallā ponitur. Sacerdos
vero corpus dn̄i qđ pridie fue/
rat reſeruatū in loco ꝯuenienti
reuerenter ponit ſup patenaz
⁊ corporali paruo plicato co/
operit. Finita vero crucis ado/
ratiōe: ſacriſta vel ali⁹ ad hoc
aſſignat⁹ reponit crucē in lo/
co ſuo ſup altare: ⁊ accēdit lu

minaria circa altare. Poſtea
omiſſa ꝓceſſiōe cōſueta: ſacer
dos cū miniſtris ad altare ac
cedit: deinde diaconus abiēs
cū miniſtris ad locū dn̄ici cor
poris: ibidē pparat calicē cuz
vino puro: cui taliter ppara/
to patenā cū corpe dn̄i coop/
to diligēter ſupponit. Tūc ad
altare hoc ordine procedunt.
Primo pcedit vnus cū thuri
bulo fumigāte: quez ſequunt
duo: portātes luminaria: de/
inde ſubdiacon⁹ portans am
pullā aque: poſt hos venit dia
conus deferēs calicē cū corpe
dn̄i. Cū aūt ad altare ventum
fuerit diaconus tradit calicē
ſubdiacono: accipienſqꝫ pate
nam cuz corpore dn̄i offert ſa
cerdoti: qui ipſū nihil dicēdo
collocat ſup corporale. Cūqꝫ
diaconus reſūpſerit: ſacerdos
accepta ampula de manu ſub
diaconi aquā vino puro com
miſcet in calice nihil dicens:
deinde diaconus calicē collo/
cat in altari ⁊ corporali coope
rit neutro eorū aliqđ dicente.
Quo cōpleto more ꝯſueto fit
incenſatio a ſacerdote dicēte.
Incenſuz iſtud. Poſtea locis
manibus inclinat ſe an̄ altare
dicens. In ſpū humilitatis: ⁊
in aīo ꝯtrito ſuſcipiamur dn̄e
a te: ⁊ ſic fiat ſacrificiū noſtrū

in ꝯſpectu tuo hodie vt place
at tibi dñe deꝰ. Deide erectꝰ
v̄tit ſe ad ppl'm dicēs: Orate
fres. Cōſequēter dicit ī nota
cōſueta abſolute. Oratio.

ORemꝰ: p̄ceptis ſalutari
bus moniti: ⁊ diuia iſti
tutiōe formati audemꝰ dicere.
Pater noſter qui es ī cel' ⁊c̄.
quo finito chorꝰ rn̄det: Sed
libera nos a malo. Sacerdos
v̄o ſub ſilentio dicit: Amen.
In eadē voce q̄ dixit Pater
noſter. abſolute ſine Oremꝰ
In tono oratiōis miſſe ſ dicit:
Libera nos q̄s dñe ab oībus
malis ⁊c̄. Per eundē dñm
no. ⁊ reſpōſo a choro Amen
frāgit hoſtiā more cōſueto in
tres ptes. Pax dñi. nō dicit.
Agnus dei. nō cātatur: neq̃
pacis oſculū dat: ſ; immedia
te poſt fractionē vnā ptē ho/
ſtie mittit ī calicē nihil dicēs.
Poſtmodū v̄o anteq̄ reliq̄s
duas partes recipiat dicit oīa
que dicere diebus alijs cōſue/
uit: pretermiſſa oratiōe: Dñe
ieſu chriſte fili dei viui qui ex
voluntate p̄ris. Quia facit d̄
ſanguine mētionē: q̄bus rece
ptis ⁊ omiſſis oībus que dici
ſolēt ante ſumptionē calicis:
immediate particulā hoſtie
cum vino de calice recipit re
uerenter. Facta cōmunione:
vt dictum eſt. Poſtcōio non
dicit: ſed ſacerdos more ſoli/
to ablutis manibus reuertit
ad mediū altaris: ⁊ corā ipſo
inclinatus dicit: Q̄d ore ſum
pſimus dñe: pura mēte capia
mus. ptermiſſis Corpus tuū
dñe. et Placeat tibi ſcā trini
tas. Ac deinde ipſo cū mini/
ſtris in veſtiariū reuertētibus
dicunt veſpe ſine cātu. Poſt/
ea crux depōit: ⁊ denudāt altaria.

SAbbato ſancto
hora cōpetēti cooperiun
tur altaria. dicta v̄o ſexta ig/
nis excutit de lapide: ⁊ accen
dit ~~in clauſtro~~. Poſtea fres ī
eccl'ia dicūt nonā: ⁊ interī ſa/
cerdos indutꝰ ſine caſula: di/
cta nona ſtet ī medio an̄ alta/
re: ⁊ a ſtātibꝰ ſibi miniſtris cū
cruce ⁊ aq̄ bn̄dicta ⁊ incēſo:
carbonibuſq; accēſis: igne ex
cuſſo de lapide in aliq̄ vaſe a
ſacriſta eiſdē p̄paratis bn̄di/
cit nouum ignē dicēdo: Dñs
vobiſcū. ℟ Et cū ſpū. Orō.

DEus qui per filiū tuū
angularē ſcilicet lapi/
dē claritatis tue fidelibꝰ ignē
cōtuliſti, pductū ex ſilice: no/
ſtris pfuturū vſibus: nouum
hūc ignē ſan ✠ ctifica: et cō/
cede nobis ita p hec feſta pa/
ſchalia celeſtibꝰ deſiderijs in
flammari: vt ad perpetue cla

ritatis puris mentibus valea
mus feſta pertingere. Per eū
℟ Amen. Oratio.
Domine deus pater oi
potēs lumē indeficiēs ⁊ ſācte
ꝯditoꝛ oiū luminū: bene✠
dic hoc lumē qḋ a te ſctificatū
atqꝫ bñdictū ē: q̄illuiaſti oēm
mūdū vt ab eo luie accēdāur
atqꝫ illumiemur igne clarita
tis tue: vt ſicut igne illumina
ſti moyſen exeuntē de egypto
ita illumies corda ⁊ ſenſus no
ſtros vt ad vitam eternā me
reamur ꝑuenire. Per chriſtū
dñm noſtrum. ℟. Amē. Oīo
Domine ſcē pr̄ oīps eter
ne deꝰ bñdicētibꝰ nobis
hūc ignē in noie tuo: ⁊ i noie
vnigeniti filij tui dei ac domi
ni nr̄i ieſu chriſti ⁊ ſci ſpūs: co
opari digneris ⁊ adiuua nos
Qui viuis ⁊ regnas cū eodē
vnigenito tuo ⁊ ſpū ſcō deus
Per oia ſcl'a ſcl'oꝝ. ℟. Amē
Deinde bñdicit incēſū ponē
dū in cereo abſolute dicens:
hanc orationē. Oratio.
Veniat q̄s oīps deus ſup
hoc icēſū larga tue bñ
✠ dictōis infuſio: ⁊ hūc noc
turnū ſplēdorē iuiſibil' regñā
toꝛ accēde: vt nō ſolū ſacrifici
uꝫ qḋ hac nocte litatū eſt: ar
chana lumis tui admixtōe re
fulgeat: ſꝫ i q̄cūqꝫ loco ex hu
ius ſāctificatōis myſterio fue
rit deportatū: expulſa diabo
lice fraudis neq̄tia: virtus tue
maieſtatis aſſiſtat; Per xp̄m
℟. Amen. Et dūz bñdicit in
cenſuz acolitus aſſumēs de
carbonibus ꝑdictis ponit in
thuribulo: finita vo bñdictio
ne incenſi: ſacerdos ignez be
nedictuz aſpergit aqua bene
dicta: ⁊ poſito incenſo in thu
ribulo idez adolet dictū ignē
Interiz omnia luminaria ec
cleſie extinguūtur vt de igne
benedicto poſtmodum accen
dātur. Deinde diaconus dal
matica indutus recepta bene
dictione a ſacerdote: cū ſub
diacono portante in arundi
ne vel baculo triū cubitorum
⁊ dimidij triplicem candelā
nouo igne illuiataz vna cum
q̄nqꝫ granis incēſi benedicti
vadit ad ornatū pulpitū ⁊ in
cenſato libro abſolute incipi
at. Exultet iam ange. Aſtāte
ad dextrā eiꝰ, dicto ſubdiaco
no. Peruēto aūt ad. In huiꝰ
igitur noctis grā. q̄nqꝫ grana
incenſi bñdicti a diacono inſi
gantur in cereo in modū cru
cis. In loco āt. Qui licet ſit di
uiſis in ptes. accendit cereꝰ a
ꝑdicto ſubdiacono: ⁊ cum dr̄.
O vere btā nox: accēdūt lāpa
des. ¶ Incipit bñdictio cerei


Exultet iam ãgelica tur/
ba celorꝝ: exultẽt diuina my
ſteria. et pro tãti regꝭ victo
ria tuba intonet ſalutaris.
Gaudeat tellus ſe tãtis irra/
diata fulgoribus: ⁊ eterni re
gis ſplẽdore illuſtrata totius
orbis ſe ſentiat amiſiſſe ca/
ligi nem. Letetur et mater
eccleſia: tanti lumis adorna
ta fulgoribus: ⁊ magis po/
pulorũ vocibus hec aula
reſul tet. Quapropter aſtã
tibꝰ vobis fratres chariſſimi


ad tã mirã hui⁹ ſacti lumis
claritatem vna mecũ queſo
dei omnipotẽtis miſericoꝛ-
diam inuoca te. Ut qui
me nõ meis meritis intra le-
uitarũ numerũ dignat⁹ eſt
aggregare lumis ſui clarita
tẽ infundens: cerei hui⁹ lau-
dem implere perficiat. Per
dominũ noſtrũ ieſuz chriſtũ
filium ſuum: cũ quo viuit et
regnat in vnitate ſpiritus ſã
cti deus. Per omnia ſecula
ſeculoꝛũ. Amẽ. Dominus


vobiſcū. Et cū ſpiritu tuo.
Surſum corda. Habemus
ad dominū Gratias agamus
domino deo noſtro.
Dignum et iuſtuz eſt.
Vere quia dignum et
iuſtum eſt: Inuiſibilē deum
patrē omnipotētem filium
qꝫ eius vnigenitum ieſum
chriſtū dominū noſtrū: toto
cordis ac mētis affectu ⁊ vo
cis miniſterio perſonare.
Qui pro nobis eterno patri
ade debitū ſoluit: ⁊ veteris


piaculi cautionem: pio cruo
re deterſit. Hec ſunt enim
feſta paſchalia in quibus ve
rus ille agnus occidit: cuius
ſanguine poſtes fideliũ cõſe
rãtur. Hec nox eſt in qua
primũ patres noſtros filios
iſrael eductos de egypto:
ru brũ mare ſicco veſtigio
tranſire feciſti. Hec igitur
nox ẽ que peccatoꝝ tenebras
colũne illuminatiõe purga
uit. Hec nox eſt qne hodie
ꝑ vniuerſũ mũdũ in chriſto


credentes a vitijs ſeculi et ca/
ligine peccatorũ ſegregatos
red dit gratie ſociat ſancti/
tati. Hec nox eſt in qua de
ſtructis vinculis mortis xp̄s
ab inferis victor aſcenſit. Ni
hil enim nobis naſci profuit
niſi redimi profuiſſet. O
mira circa nos tue pietatis:
dignatio. O ineſtimabilis di
lectio claritatis: vt ſeruũ re
dimeres filium tradidiſti. O
certe neceſſariũ ade peccatũ
quod chriſti morte deletuz eſt


O felix culpa que talē ac
tantū meruit habere redem
ptorem. O ve re beata
nox que ſola meruit ſcire tē-
pus ⁊ horam: in qua xp̄s ab
inferis reſurrexit. Hec nox ē
de qua ſcriptū ē: Et nox ſicut
dies illuminabit: Et nox illu
minatio mea in delitijs
meis. Huius igit ſanctifica-
tio noctis: fu gat ſcelera:
culpas lauat: ⁊ reddit innocē
tia lapſis: et meſtis leticiam.
Fu gat odia: concordiam

parat: et curuat imperia.

Hic infiguntur quinqꝫ grana incenſi predicti in cereo a diacono in modum crucis.

In huius igitur noctꝭ gratia
ſuſcipe ſancte pater incenſi
huius ſacrificiū veſpertinū:
qđ tibi in hac cerei oblatiōe
ſolenni: per miniſtrorū man⁹
de operibus apū ſacroſancta
reddit eccleſia. Sed iā colū-
ne huius preconia nouimus
quam in honorē dei rutilans

Hic accenditur cereus.

ignis accendit.
Quilicʒ ſit diuiſus in partes
mutuanti tamē luminis detri-

menta nō uouit. Alitur liquā
tibus ceris: quas in ſubſtan/
tiam precioſe huius lāpadis
apis mater eduxit.

Hic accē/
ditur lam
pas ante
altare.

O vere beata nox que ex
poliauit egyptios: ditauit
hebreos. Nox i qua terrenis
celeſtia: humanis diuina iū/
guntur. Oramus ergo te do/
mine vt cereus iſte in honorē
nominis ſui conſecratus: ad
noctis huius caligtnem de/
ſtruendam indefictens per/
ſeueret. Ut in odorem ſuaui/


tatis accept⁹ ſuperni lumi-
naribus miſceatur: Flāmas
eius lucifer matutinus inue-
niat. Ille inquam lucifer
qui neſcit occaſum. Ille qui
regreſſus ab īferis: humano
generi ſerenus illuxit. Pre-
camur ergo te domine: vt nos
famlos tuos omnēq; clerū
et devotiſſimū populū: vna
cum beatiſſimo papa noſtro
N. quiete tēporū conceſſa
in his paſchalibus gaudijs
aſſidua protectione regere


gubernare ⁊ cõſeruare digne
ris. Reſpice etiam ad deuo/
tiſſimũ imperatorẽ nr̃m N.
cuius tu deus deſiderĩ
vota prenoſcẽs: ineffabili pie
tatis ⁊ miſericordie tue mu/
nere trãquillũ perpetue pa
cis accomoda: ⁊ celeſtem
victoriaꝫ cum omni populo
ſuo. Per dominũ noſtrũ ie/
ſum chriſtũ filiũ tuum: Qui
tecũ viuit ⁊ regnat in vnita
te ſpiritus ſancti deus. Per
omnia ſecula ſeclorũ. Amẽ.

Completa bñdictiõe cerei: ſacerdos ⁊ miſtri induti more ſolito añ altare ꝓcedũt ⁊ facta reuerẽtia: in locis ſuis ſedẽt. Poſtea legũtur ꝓphetie ſine titulo: et in fine ꝓphetiarũ dicũt oratiões more ſubſcripto

Prophetia prima Geñ. j. ca.

In principio creauit deꝰ celũ ⁊ terrã. Terra autẽ erat inanis ⁊ vacua: ⁊ tenebre erant ſuꝑ faciẽ abyſſi ⁊ ſpũs dñi ferebat ſuꝑ aquas. Dixitq; deus: Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit deus lucẽ ꝙ eẽt bona ⁊ diuiſit lucẽ a tenebris appellauitq; lucẽ diẽ et tenebras noctẽ. Factũq; eſt veſpe ⁊ mane dies vnus. Dixit quoq; deus: Fiat firmamentũ in medio aq̃rũ: ⁊ diuidat aquas ab aqs. Et fecit deꝰ firmamẽtum: diuiſitq; aquas q̃ erant ſub firmamento ab his q̃ erãt ſuper firmamẽtũ. Et factũ eſt ita. Vocauitq; deus firmamẽtũ celũ. Et factuz eſt veſpere et mane dies ſecũdus. Dixit v̉o deus: Cõgregentur aque que ſub celo ſũt in locũ vnuz et appareat arida. Factũq; ẽ ita. Et vocauit deus aridam terrã. Congregatiõeſq; aquarũ appellauit maria. Et vidit deꝰ ꝙ eẽt bonũ et ait: Germinet terra herbã virentẽ ⁊ facientẽ ſemẽ: et lignũ pomiferũ faciẽs fructũ iuxta genus ſuũ cuius ſemẽ in ſemetipſo ſit ſuper terraz. Et factũ eſt ita. Et protulit terra herbã virentez et afferentẽ ſemẽ iuxta genus ſuũ: lignũq; faciens fructũ et vnũquodq; ſementẽ ſm ſpeciem ſuã. Et vidit deus quod eſſet bonũ. Factũq; eſt veſpe et mane dies tertiꝰ. Dixit autẽ deus: Fiãt luminaria in firmamẽto celi et diuidant diez ac noctẽ: et ſint in ſigna et tpa et dies ⁊ ãnos: vt luceãt in firmamẽto celi et illũinẽt terrã. Et factũ eſt ita. Fecitq; deus duo magna lumiaria: lumiare maius vt preeſſet diei: ⁊ luminare minus vt preeſſet nocti: et ſtellas. Et poſuit eas in firmamento celi: vt lucerent ſuper terraz et preeſſẽt diei ac nocti: ⁊ diuiderẽt lucẽ ac tenebras. Et vidit deus ꝙ eſſet bonũ. Et factũ eſt veſpere ⁊ mane dies quartꝰ. Dixit etiã deus: Producant aque reptile anime viuẽtis ⁊ volatile ſuꝑ terrã ſub firmamẽto celi. Creauitq; deus cete grãdia ⁊ omnem animã viuẽtẽ atq; motabilem: quaz ꝑduxerant aque in ſpecies ſuas: ⁊ omne volatile ſm genus ſuum. Et vidit deus ꝙ eſſet bonũ: bñdixitq;

eis dicẽs: Creſcite ꝛ mltiplica
mini ꝛ r̃plete aq̃s maris: aueſ
qꝫ multiplicent̃ ſup terrã. Et
factũ eſt veſpere ꝛ mane dies
quint⁹. Dixit quoqꝫ de⁹. Pro
ducat terra aiaꝫ viuẽtẽ i gene
re ſuo: iumẽta ꝛ reptilia: ꝛ be/
ſtias terre ſm ſpecies ſuas: fa
ctũqꝫ ẽ ita Et fecit de⁹ beſtias
terre iuxta ſpecies ſuas: iumẽ
ta ꝛ oẽ reptile terre in genere
ſuo. Et vidit de⁹ ꝙ eſſet bonũ
ꝛ ait: Faciam⁹ hoiēꝫ ad ima/
ginẽ ꝛ ſiĺitudinẽ nr̃aꝫ: et pꝛe/
ſit piſcib⁹ maris: ꝛ volatilib⁹
celi ꝛ beſtijs: vniuerſeqꝫ terre:
oiqꝫ reptili qḋ moueť in ter/
ra. Et creauit deus hoiem ad
imaginẽ ꝛ ſimilitudie ſuã: ad
imaginẽ dei creauit illũ: ma/
ſculũ ꝛ feminam creauit eos
Benedixitqꝫ illis deus ꝛ ait
Creſcite ꝛ multiplicamini et
replete terraꝫ ꝛ ſubijcite eã: ꝛ
dominamini piſcib⁹ maris et
volatilib⁹ celi: ꝛ vniuerſis ani
mãtib⁹ q̃ mouẽtur ſup terraꝫ
Dixitqꝫ de⁹: Ecce dedi vobis
oẽm herbaꝫ afferẽtẽ ſemẽ ſup
terraꝫ ꝛ vniuerſa ligna q̃ ha/
bẽt in ſemetipſis ſemẽtẽ gene
ris ſui: vt ſint vobis i eſcã ꝛ cũ
ctis animãtib⁹ terre: omniqꝫ
volucri celi: ꝛ vniuerſis q̃ mo
uent̃ in terra: ꝛ in qb⁹ eſt ani/
ma viuẽs: vt habeãt ad veſcẽ
dum. Et factũ eſt ita. Viditqꝫ
de⁹ cuncta que fecerat: ꝛ erãt
valde bona. Et factũ eſt veſpe
ꝛ mane dies ſextus. Igitur ꝑ
fecti ſũt celi ꝛ terra: ꝛ ois oꝛna
tus eoꝝ. Cõpleuitqꝫ de⁹ die
ſeptimo op⁹ ſuum quod fece
rat: ꝛ requieuit die ſeptimo ab
vniuerſo opere qḋ patrarat.
Qua cõpleta ſacerdos dicit.
Oremus. Et diacon⁹ Flecta
mus genua. Leuate. Oratio.
DEus q mirabiliter creaſti
hoiēꝫ ꝛ mirabili⁹ rede/
miſti. da nob q̃s cõtra oblecta
mẽta peccati: mẽtis rõne per/
ſiſtẽ vt mereamur ad eterna
gaudia ꝑuenire. Per. Pro/
phetia ſecunda geneſis. v. ca.
NOe vo cũ quingentoꝝ
eſſet ãnoꝝ: genuit ſem:
cham ꝛ iaphet. Cũqꝫ cepiſſet
hoies multiplicari ſup terraꝫ
ꝛ filias ꝓcreaſſet: vidẽtes filij
dei filias hoium ꝙ eſſent pul
chꝛe: acceperũt ſibi vxoꝛes ex
oib⁹ quas elegerãt. Dixit quo
qꝫ de⁹: Non ꝑmanebit ſpirit⁹
me⁹ in homine in eternuꝫ: qꝛ
caro eſt. Erũtqꝫ dies illi⁹ cen
tum viginti annoꝝ. Gigantes
aũt erãt ſup terrã in dieb⁹ illis
Poſtqꝫ autẽ ingreſſi ſunt filij
dei ad filias hoiuꝫ: illeqꝫ ge/
nuerũt: iſti ſũt potẽtes a ſeclo
viri famoſi. Vidẽs aũt de⁹ ꝙ

multa malicia hoīum eſſet in
terra:ꝛ cūcta cogitatio cordis
humani intēta eſſet ad maluꝫ
omni tempore:penituit eū ꝙ
hominē feciſſet ī terra. Et p/
cauēs in futurū:ꝛ tactus do/
lore cordis ītrinſecꝰ: Delebo
inquit hoīem quem creaui a
facie terre:ab hoīe vſqꝫ ad ani
mantia:a reptili vſqꝫ ad vo/
lucres celi:penitet eniꝫ me fe
ciſſe eos. Dixitqꝫ deꝰ ad noe
Finis vniuerſe carnis vēit co
raꝫ me:repleta eſt terra iniq/
tate a facie eoꝝ ꝛ ego diſꝑdaꝫ
eos cum terra. Fac tibi archā
de lignis leuigatis:māſiuncu
las ī archa facies:ꝛ bitūine li
nies intrinſecꝰ ꝛ extrinſecꝰ: ꝛ
ſic facies eā: Trecentoꝝ cubi
torum erit longitudo arche:
qnquagīta cubitoꝝ latitudo
ꝛ trigīta cubitoꝝ altitudo eiꝰ
Feneſtrā ī archa facies ꝛ ī cu
bito ꝯſumabis ſūmitatē eius.
Oſtiū āt arche pones ī latere
deorſuꝫ. Cenacula et triſtega
facies ī ea. Ecce ego adducā
diluuij aq̄s ſuꝑ terrā:vt iterfi
ciam omneꝫ carnē: in qua ſpi
ritus vite eſt ſubter celū et vni
uerſa que in terra ſūt ꝯſumē/
tur:ponamqꝫ fedus meuꝫ te/
cum:et ingredieris archā tu
et filij tui:vxor tua et vxores fi
lioruꝫ tuorum tecuꝫ. et ex cū/
ctis animantibꝰ vniuerſe car
nis bina et bina induces in ar
cham:vt viuant tecuꝫ maſcu
lini ſexus et feminini. De vo
lucribus iuxta genus ſuuꝫ et
de iumentis in genere ſuo: et
ex omni reptili terre ſecūduꝫ
genus ſuum:bina de omnibꝰ
ingredientur tecum vt poſſint
viuere. Tolles igitur tecū ex
omnibus eſcis que mādi poſ/
ſunt et cōportabis apud te: et
erunt taꝫ tibi quaꝫ illis in ci/
buꝫ. Fecit ergo noe omnia q̄
ꝑceperat illi deus. Eratqꝫ ſex
centoruꝫ annoruꝫ quando di
luuij aque inundauerūt ſuꝑ
terram. Rupti ſunt autē oēs
fontes abyſſi magne:et cata/
racte celi aperte ſunt: et facta
eſt pluuia ſuꝑ terraꝫ quadra/
ginta diebus et quadraginta
noctibus. In articulo diei il/
lius ingreſſus ē noe:ſem:chā
et iaphet filij eius:vxor illius
et vxores filiorum eius cū eo
in archam: ipſi et omne ani/
mal ſecundum genus ſuum:
vniuerſaqꝫ iumenta in gene/
re ſuo:et oē qđ mouet ſuꝑ ter
rā in genere ſuo cūctaqꝫ vo/
latilia ſꝫ genus ſuuꝫ. Porro
archa ferebat ſuper aquas:et
aque ꝑualuerūt nimis ſuꝑ ter
rā. Opertiqꝫ ſunt oēs mon/
tes excelſi ſub vniuerſo celo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

q̄ndeciꝫ cubitis altioꝛ fuit aq̄
ſuper mōtes quos operuerat.
Conſūptaq; eſt oīs caro que
mouebat̄ ſuper terram: volu
crū aiantiū beſtiarū: oīumq;
reptilium q̄ reptant ſuper ter
ram. Remāſit autē ſolus noe
⁊ q cū eo erāt in archa. Obti
tinueruntq; aque terrā centū
q̄nq̄naginta diebꝰ. Recoꝛda
tus aūt dn̄s noe: cunctoꝛūq;
aiantiū ⁊ oīm iumentoꝝ que
erant cū eo in archa: adduxit
ſpiritū ſuper terrā: ⁊ iminu-
te ſūt aque: ⁊ clauſi ſūt fontes
abyſſi: ⁊ catharacte celi ⁊ pꝛo
hibite ſūt pluuie de celo. Re
uerſeq; ſūt aque de terra eun
tes ⁊ redeūtes: ⁊ ceperunt mi
nui poſt cētū q̄draginta dies.
Cūq; trāſiſſent q̄draginta di-
es: apiens noe feneſtrā arche
quā fecerat ⁊ dimiſit curuuz.
Qui egrediebat̄ ⁊ nō reuer-
tebat̄: donec ſiccerent̄ aq̄ ſup
terrā. Emiſit quoq; colūbaz
poſt eū: vt videret ſi iam ceſ-
ſaſſēt aq̄ ſup faciē terre. Que
